© España, Ministerio de Cultura. Archivo Histórico Nacional

simili loco hereditate restituat. Facta carta in bello foramine sub era M. CC. undecima mense iulii. Regnante me rege aldefonso in toleto et castella.
Ego rex aldefonsus hanc cartam manu propria roboro et confirmo.
Celebrunus archiepiscopus et hispaniarum primas confirmat. Petrus burgensis episcopus conf.

Raimundus palentinus epc.	conf.	Comes nunnus	conf.
Iocelinus segontinus epc.	conf.	Comes petrus	conf.
Sancius abulensis epc.	conf.	Comes gomez	conf.
Gundissaluus segobiensis eps.	conf.	Comes gundissaluus	conf.
Rodericus calagurritanus epc.	conf.	Comes ferdinandus	conf.
Bernardus oxomensis eps.	conf.	Petrus rodrici filius comitis	conf.
Petrus gutterri	conf.	Petrus de araçori	conf.
Gutterre pelegri merinus in castella	conf.	Petrus rodrici de guzman	conf.
Comes gundissaluus alferiz	conf.	Gundissaluus rodrici el duc	conf.

Rodericus gutterri maiordomus curie regis conf.

Raimundus cancellarius regis scripsit et hanc cartam roborauit et confirmauit.

De la casa de fanar. que nos dio el rey don alfonso con su heredad e con sus pertenencias. [illegible]

Regiam decet potestatem religiosos uiros diligere et eorum iura de bonis a deo sibi concessis regali liberalitate amplificare. Quapropter ego aldefonsus dei gratia rex castelle et toleti, una cum uxore mea alienor regina et cum filio meo ferrando facio cartam donationis et concessionis et stabilitatis deo et monasterio sancti michaelis ville maioris pro remedio animarum nostrarum nec non et parentum nostrorum et uobis donno iohanni eiusdem monasterii abbati uestrisque successoribus et omnibus fratribus ibidem regulariter deo seruientibus presentibus et futuris perpetuo ualituram. Dono

itaque uobis et concedo tantum hereditatis in uilla que dicitur fanar sita in alfoz de panzares iuxta sanctum mametem quantum duo iuga boum ad annum uicem sufficienter possint colere et arare, et cum ecclesia sancti clementis ibidem adiacente et cum omnibus pertinentiis suis, uidelicet cum pascuis, montibus, riuis et fontibus, pratis et defesis, cum ingressibus et regressibus et cum omnibus terminis et pertinentiis suis, iure hereditario in perpetuum habendam et irreuocabiliter possidendam. Si quis uero hanc cartam in aliquo infringere uel diminuere presumpserit, iram dei omnipotentis plenarie incurrat, et regie parti mille aureos in cauto persoluat et dampnum quod uobis intulerit duplatum restituat. Facta carta apud palentiam, Era M. CC. xxviii. xi. kalendas aprilis, Secundo anno postquam serenissimus A. rex castelle et toleti A. regem legionensem cingulo milicie accinxit et ipse A. rex legionis osculatus est manum dicti A. regis castelle et toleti. Et consequenter paucis diebus elapsis sepedictus A. illustris rex castelle et toleti conradum [illegible] romani imperatoris filium nomine inuictissimi milicie accinxit et ei filiam suam berengariam tradidit in uxorem. Et ego rex A. regnans in castella et toleto hanc cartam manu propria roboro et confirmo. Gundissaluus toletane sedis ecclesie archiepiscopus et hyspaniarum primas confirmat.

		Gomez garsie	conf.
Ardericus palentinus epc.	conf.	Ordonius garsie	conf.
Marinus burgensis epc.	conf.	Gutterius rodrici	conf.
Gundissaluus secobiensis episcopus	conf.	Petrus rodrici	conf.
Martinus segontinus episcopus	conf.	Tellus petriz	conf.
Comes petrus	conf.	Guillelmus gonzaluiz	conf.
Comes ferrandus	conf.	Lupus diaz merinus in castella	conf.
Comes ferrandus poncii	conf.	Rodericus gutterrez maiordomus curie regis	conf.

Didacus lopez alferiz regis conf. Magister michael notarius regis scripsit. Gutterius roderici existente cancellario.